

COMMENTARIA  
IN IEREMIAM  
PROPHETAM QUI-  
BUS LATINA VVLGATA

Editio dilucidatur, & cum He-  
braico fonte & Septuag. Editione  
& Paraphrasi Chaldaica  
confertur.

*Auctore. F. Andrea Capella Valentino Cartusiano Theologiae  
Doctore Cartusiae Scalae Dei Priore.*



CVM LICENTIA.  
Excudebat Hubertus Gotardus in Cartusia Scalae  
Dei. Anno M. D. Lxxxvj.



**E**GO Bartholomaeus Rocha D. Theolog. Ecclesiae Tarracon. Ca-  
nonicus Pœnitent. iussu & ex cõmissione Illustrissimi ac Reue-  
rendissimi Domini mei Anto. Augustini Archiepiscopi Tarrac-  
con. Cõmentaria hæc in Prophetã Ieremiã Auctore F. Andrea  
Capella Valentino Theo. D. Cartusie Scate Dei Priore qua po-  
tius diligentia legi, in quibus nihil inueni, quod aut Catholice fi-  
dei, & bonis moribus repugnet, aut ab eo sensu quem sancta Ro-  
mana tenet Ecclesia, discrepet, aut ab vnanimi sanctorum Patriũ  
consensu abhorreat: sed veterem, et vulgaram Editionem accura-  
tè explicari, cum Hebræo vero & Chaldaico textu, ac editione  
Septuag. sic conferri, ut eius sensus magis eluceat, multa tecta et  
obscura (qualia reperiuntur in Prophetis) subtiliter & dilucidè  
detegi, multa per Allegoriam dicta exquisitè & piè elucidari.  
Eòq; ea probo, dignaq; esse iudico quæ ad publicã Ecclesie utili-  
tatem, & eorum præferim qui sacrarum literarũ studiosi sunt,  
Typis mandentur. Tarracon. 3. idus Maij. 1586.

B. Rocha.

**N**OS Iacobus Reig. I. V. D. Canonicus Ecclesie Tar-  
racon. in spiritualibus & temporalibus Offi. & Vic.  
Gene. Illustrissimi & Reueren. D. D. Anthonij Augusti-  
ni Archiepiscopi Tarrac. visa relatione desuper conten-  
ta licentiam concedimus imprimendi præfatum librum  
illumq; vendendi in civitate & diocesi Tarraconæ, die  
& mense & anno in eadem relatione contentis.

Reig Offi. & Vicarius  
Generalis prædictus.

\* 2

PHILIPPO;



PHILIPPO II.

Regi Catholico Mo

narchæ Potentissimo F. Andreas

Capella Prior Cartusie Sca-

læ Dei. S. & Humile

obsequium.



*N* prodit ex hac tua Car-  
tusia PHILIPPE  
Rex Catholice potentissi-  
me IEREMIAS  
Propheta elucidatus, profi-  
cisciturque ad Regiam  
tuam Maiestatem, qui o-

*lim missus est ad Reges & Principes & Gen-  
tes: non iam ut euellat, destruat, et dissipet, Sed  
ut adificet, & plâtet: & ut olim Iuda, gladi-*

**IN IEREMIAM  
PROPHETAM.**

**Præfatio.**

**L**IBER Ieremiæ Prophætæ, qui vn<sup>o</sup> est ex illis, quos maiores vocant, inter canonicas scripturas annumeratur: tam a Iudæis, quam ab Ecclesia Catholica, neque vnquam de illius auctoritate dubitatum est, quem admodum neque de eius auctore: quem omnes constanter affirmant fuisse Ieremiam Propheta, exipiente de ore ipsius Baruch Nerie filio. Sed & eundem Ieremiam in vnum volumē colligisse Historiā, 3. & 4. lib. Regum ex lib. dierum regū Iuda & Israël, & ex scriptis Nathā Prophætæ, Ahia Salonitis, Abdo videntis, & Semeiæ, Hozai, Iehu, & Isaiæ prophetarū, quæ sepe in eisdem libris citantur, auctores sunt Procopius Gazensis, & Rab. Moyses, & kimchi, & Isidorus. Cuius rei argumentum est, quod postremum capit lib. Regum cum vltimo capite libri Ieremiæ idē prorsus sit. Quod nonnulli asserunt adiectum fuisse a Baruch, mutuatum ex lib. 4. regum, eo consilio, vt ex commemoratione eladis Ierosolymitanæ, quæ in eo capite refertur, viam sterneret lectoribus ad proximè sequentem librum lamentationum, in quo Ieremias lamentabilem vrbs euersionem, & populi captiuitatem,

11

# PROPHETIA IEREMIAE.

## ARGUMENTVM.

Ieremias in utero sanctificatus mittitur ad prophetandum. Ostenditur ei imminens Iudaeorum excidium.

### CAP. I.

**V**erba Ieremiae filij Helciae, de sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth, in terra Benjamin. 2. Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Iosiae filij Amon regis Iuda, in tercio decimo anno regni eius. 3. Et factum est in diebus Iocim filij Iosiae regis Iuda, vsq; ad consummationem vndecimi anni Sedeciae filij Iosiae regis Iuda, vsq; ad transmigrationem Ierusalem, in mense quinto. 4. Et factum est verbum Domini ad me, dicens. 5. Priusquam te formarem in utero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te, & Prophetam in Gentibus dedi te. 6. Et dixi. A. a. a. Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dominus ad me. 7. Noli dicere, puer sum: quonia ad omnia quae mittam te, ibis: & vniversa quae mandauero tibi, loqueris. 8. Ne timeas a facie eorum quia tecum ego sum, vt eruum te, dicit Dominus. 9. Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me. 10. †. Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te ho Isa. 51. 16  
die super Gentes, & super regna: † vt euellas, & destruas, & 59. 21.  
disperdas, & dissipes, & aedifices, & plantes. 11. Et factum est Inf. 18. 7  
verbum Domini ad me, dicens, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad me, Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo vt faciam illud. Et factum est verbum Domini secundo ad me, dicens. Quid tu vides? Et dixi, ollam succensam ego video, & faciem eius a facie Aquila